IVSTI LIPSI

POLIORCETICΩN

SIVE

DE MACHINIS.

TORMENTIS. TELIS.

LIBRI QVINQVE.

Ad Hiſtoriarum lucem.

No tiene que expurgar conforme al expurgatorio de 1640 por comision del Sto. Offo.
Fr. Francisco Maldonado

Editio altera, correcta & aucta.

ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.
M. D. XCIX.

Cum Priuilegiis Cæſareo & Regio.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

SERENISSIMO PRINCIPI

ERNESTO

ARCHIEPISCOPO ET
ELECTORI COLONIENSI,
EPISCOPO ET PRINCIPI LEODICENSI,
MONASTERIENSI, HILDESHEIMENSI,
FRISINGENSI:
COMITI PALATINO VTRIVSQ. RHENI,
DVCI VTRIVSQ. BAVARIÆ, VVESTFALIÆ,
ANGARIÆ, BVLLONII:
MARCHIONI FRANCIMONTANO:
COMITI LOSSENSI, LONGIENSI, HORNENSI:
SED ET ALIBI PRINCIPI AVT DYNASTAE:

IVSTVS LIPSIVS

LIBENS MERITÒ DEDICAT CONSECRATQ.

I. LIPSI POLIORCETICΩN SIVE DE MACHINIS, TORMENTIS, TELIS,

LIBRI PRIMI

DIALOGVS I.

Miſcellanei ſermones, & præcipui ſemen atque occaſio

IN Eburonibus cùm eſſem, valetudini recreandæ, domus & hoſpitium mihi fuit IOHANNIS FVRII, primarij inter ſacros ibi myſtas viri, & mei ac litterarum peramantis. Multa mihi ab eo humanitas, ſermones cum eo iucundi & crebri, & fors fuit, vt die quodam menſis Iunij iſte. In horto eramus, atque infit: Amicos hîc, Lipſi, multos habes: quod audio cottidie, & gaudeo. LIPS. Fateri debeo. & omnes enumerare ambitio ſit, paucos iniuria. FVR. Tamen inter eos vicini mei duo eminent, IACOBVS CARONDELETVS vir nobilis, collega noſter & Cancellarius: tum PETRVS ORANVS Iuriſconſultus, & Principi à conſiliis. Horum vterque quàm ardenter te amat? LIPS. Et redamantem quidem. ſed ARNOLDVM WACHTENDONCKIVM cur omittis? cur LAMPSONIVM, imò LAMPSONIOS? cur pleroſque, vno verbo, procerum veſtrorum? Amare hanc vrbem debeo, in quâ ſic amor. FVR. Fac igitur, & ſeriò noſter eſto. LIPS. Nónne ſum? clamo & teſtor. FVR. Manſione dico noſter, nec hinc aliò te ducas. LIPS. Enimuerò amice iucundum ſit, ſi poſſim. Præter vos, Fontes etiam veſtri me teneant, quos ſenſi equidem ſalutares. Sed patriæ quid debeam, non ignoras: & hoſpitium mihi hanc vrbem eſſe, non domum. FVR. O ſi aliter! & ſi herum illum atque hero-


A. Agger communis, et ſtellatus:
alibi latere aut ſepimento clauſus,
ad varietatem oſtendendam. Supra
Suggeſtus è lapidibus, et in eo Tur-
ris, ad maſsadam. B. Agger
Cæſaris è muris latericijs, intr-
orſum vacuus, ſuffultus &c.
A.
B.



A. *Turris mobilis, cum gradibus ſuis ad tabulata ſingula, et oſtenſione velamentorum et tabularum ad latera, ex Herone.* B. *Turris Vegetij, cum ponte et Ariete.* C. *Turris latericia Caeſaris; cum funibus anchorarijs præpendentibus, dum fit opus. Tectum ſupernè, mobile.*